

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678


Ver.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

ISOCAEDRUM.

AQUA. CAP. XXIV.

A QUAMVERO Isocaëdrifiguram tenere dixerunt. Est autem Isocaëdrum, Euclide authore, figura solida, quæ viginti triangulis æqualibus & æquilateralium laterum, continetur: propterea quod aqua sua natura mobilis sit, & divisioni flexuq; perfacilis. His quoque figuris ipsam elementorum ad invicem proportionem indicare voluerunt, quæ ex basium five laterum & angulorum numero colligitur. Octaëdri enim ad Pyramidem est proportio dupla in lateribus, in angulis solidis sesquialtera, in planis vero dupla: ex quibus proportionibus fit harmonia duplex diapason & diapente: Pyramidis vero ad cubum in lateribus sesquialtera proportio, in angulis vero dupla, ex quibus diapason iterum & diapente. Cubi ad Isocaëdrum in lateribus proportio est tripla sesquitertia, in angulis sesquialtera, unde diapason, diapente & diatessaron in basibus, in angulis vero diapente. Isocaëtri vero ad Octaëdrum in basibus dupla sesquialtera, in angulis autem dupla, unde diapason & diapente in basibus: in angulis vero iterum diapason consurgit, quæ proportiones, & harmonie pariter & in elementis per has figuras significatis esse traduntur.



VER.

ÆSTAS.



Huc perte-
gant qua-
tuer anni
tempestates
ab Ovidio
lib. 1. Met.
exscripta.
extat ver
sepidum
cindulum
florente co-
rona.
Stabat nu-
da Æstas
Æspicea
seriagert-
bat.

Stabat &
Autumnus
calantis
frigidus
uvae, Bige-
niali Hy-
ems canos
hirutata-
pillos.

V E R. CAP. XXV.
CISTA florum, authore Eusebio, Versus significat: quia vescunt florescunt.

Æ S T A S. CAP. XXVI.

CIST A spicis referta, eodem Eusebio teste, Æstatem denotat: quod æstatis segetes & spicis de-
metantur.

AUTU-